



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 126. Bituricensium responsio ad postulata Oratorum Eugenii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Sæcul. XV. Gallorum postulari curavit, probe gnarus
 A. C. 1440 de Papatu suo, præcisa omni ulteriore re-
 gressus spe, penitus actum iri, si Carolus
 VII. Moguntiam suos decerneret Orato-
 res, qui Felicis V. electionem confir-
 rent: huic ergo malo opportune proje-
 cturnus, easdem preces apud ceteros o-
 mnes Principes interponi fecit. IV. De-
 nique Papa per suum Legatum a Re-
 ge postulavit, ut *Pragmaticam Sanctionem*
suspenderet, & quod Eugenius provideret
de beneficiis ad Regis desiderium. Postea
 die admissi sunt Felicis, ac Basileensis
Concilii Oratores, quos Rex magnis be-
 nevolentiae signis excepit: hos inter Thom-
 as de Corcellis prolixo sermone demon-
 strare conabatur, quod sententia con-
 tra Eugenium lata foret æquissima, nec
 non Felicis electio canonica, legunque
 præscripto consona.

§. CXXVI.

*Bituricensium responsio ad postulata
 Oratorum Eugenii.*

Cum Prælati, qui Biturigibus conve-
 nerant, articulos ab Eugenii Lega-
 tis propositos seria, & ad sextum usque
 diem protracta deliberatione perpendi-
 sent, die secunda Septembris Rex ipse
 met præfens per Martinum Gouge Cla-
 ramontensem Episcopum, primarium sta-

tus Ministrum respondit, I. Francorum Sæcul. XV.
Rex semper favit dignitati generalium Con-
ciliorum, & sequendo vestigia Patrum suo-
rum paratus est audire Ecclesiam legitime
congregatam.

IV. De
m a Re
anctione
provident
Postera
asileenis
agnis be
nter Tho
e demon
ntia con
ma, dec
egunque
ostulata
conve
ii Lega
m usque
rpendis
ex ipse
ge Cla
ium sta
tus

II. Hunc favorem non minus quam obe-
 dientiam speciatim ostendit, ac præcipue er-
 ga Basileense Concilium, quod pro legitimo
 tenuit, ad ipsum Legatos suos misit, dixitque,
 multa bona in eo constituta esse, quæ ipsius
 approbavit.

III. Nec unquam congregationem Ferrarensis pro Concilio habuit, nec habet,

§. CXXVII.

*Rex Francorum Eugenii obsequio con-
 stanter addiditus.*

Ubi vero agebatur de Eugenii deposi-
 tione & Felicis electione, responde-
 runt Episcopi Bituricenses, quia apud mul-
 tos Viros probos, & graves dubitatio est
 non modica, an suspensio, depositio, ac sub-
 sequens electio factæ Basileæ sint rite, juste,
 Canonice, & legitime celebratae, dubium e-
 tiam est, si illa congregatio illis diebus, qui-
 bus hæc agitata & facta sunt, sufficienter re-
 presentaverit Ecclesiam universalem ad tan-
 tos, & tam arduos actus exequendos, ideo
 Rex quia non est sufficienter informatus super
 prædictis, perseverat, & manet in obedientia
 D. Eugenii, in quo nunc stat. Quare suppli-
 caturus

*Æn. Sylv.
comment. l. 7.*